



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

14 Clericus non cogitur satisfacere creditoribus, nisi decuto, ne egeat, &
num. seq.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

procedit de jure communi ubique locorum, quod clerici conveniri non queant ultra id, quod facere possunt, deductis necessarijs alimentis, ne in opprobrium status ecclesiastici cogantur mendicare, d. gl. in cap. *studeant. l. miles*, ubi gl. in ver. *facere*, & ibi Bar. nu. 3. & Ripa, qui de communi testatur, num. 7. ff. de re judic. Covar. in eod. cap. 1. lib. 2. var. resolut. num. 9. c. diaconi sunt, vers. *mendicat infelix. 93. distinct.* Conc. Trident. cap. 2. de reform. s. ff. 21. & Farinac. in praxi crim. de carcer. & carcerat. quest. 27. num. 56. & seqq.

Addo, dictam conclusionem procedere, etiam quod agatur vigore instrumenti jurati, & quod fuerint late tres sententiae conformes contra clericum, dummodo sit in sacris, vel beneficiatus, aut alias gaudet privilegio clericali, incedendo in habitu, & tonsura, & inserviendo alicui ecclesiae, juxta dispositionem sac. Concilij Trid. cap. 16. de reformat. s. ff. 23. quia adversus executionem sententiarum poterit obijcere, se inopem esse, nec ob id posse excommunicari, aut carcerari, praestita juratoria cautione de solvendo, cum ad pinguiorem devenerit fortunam, juxta dispositionem. cap. Odoardus, de solut. ex traditis per Covar. eod. lib. 2. var. resolut. cap. 1. nu. 9. vers. *quoties vero*.

14 Caveant tamen clerici ¶ de se obligando in Romana curia in forma Camerae 15 Apostolicae, quia contra obligationem Cameralem duae tantum exceptiones in continenti probandae opponi possunt, nempe falsitatis, & solutionis, aut pacti de non petendo, vel quierationis, quae aequipollent solutioni, ut Bar. in l. 1. s. & parvi refert. ff. quod vi, aut clam. Castad. decis. 10. num. 6. de rescript. decis. unis. nu. 2.

de mut. petit. & Gales. ad 4. part. vel claus. de oblig. cam qu. 1. num. 2. & illius obligationis vigore renunciatur. cap. Odoardus. omnibusque legibus, & legum auxilijs quibus, uti, aut iuvari possent, legibus enim in sui favorem introductis quilibet renunciare potest l. si quis in conscribendo. C. de pact. & gloss. 1. in cap. si diligenti. ver. super hac. de for. comp. ita quod clerici, & laici tunc pari modo condemnantur, excommunicantur, carcerantur, & in carceribus detinentur, ut nec pro excarcerationibus obtinenda ad bonorum cessionem admittantur, nisi ex Pontificis gratia speciali, quae per signaturam gratiae expeditur, cum clausula, constituto summarie de paupertate, prout de jure, ut post Staphil. de lit. gratia, & iust. Covar. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. nu. 9. vers. *quoties vero*. Quae conclusio, quod legibus in sui favorem introductis quilibet renunciare possit, fallit tamen in privilegio fori, cui clericus eo gaudens non potest renunciare, c. si diligenti, ubi doct. omnes. de for. compet. Caravit. sub. rit. Mag. Cur. 228. n. 2. A ff. super const. Reg. rubr. 45. nu. 21. lib. 1. Covar. pract. quest. cap. 33. num. 2. Roland. conf. 4. num. 9. vol. 1. Alex. de kau. const. 56. nu. 1. Bald. in lib. 1. in fin. C. de jud. sinc. de jud. caus. civi. crim. lib. 1. cap. 11. nu. 35. & 36. & Decian. tract. crim. l. 4. c. 9. n. 61. tom. 1.

¶ Et generaliter Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, & monachi ipso jure gaudent privilegio immunitatis, & ab omni genere tutelae, sive testamentariae, sive legitimae, sive dativae, & curae non solum pupillorum, & adutorum, sed etiam furiosorum, mutorum, & surdorum, & aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores a legibus dantur c. generaliter. 16. qu. 1. &